



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

170. An Sacerdos possit celebrare sine cingulo benedicto vel cum eo, & toto fracto, & abrupta? Et an sit peccatum lethale celebrare sine Missali benedictio pro Missalibus? Ex p. 2. tr. 14. res. 68. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

secrationis reinvent, etiamsi aliqua pars, qua sacra-
ta non est una cum filo profano assuatur. Ex p. 2. tr. 14.
Refol. 57.

Sup. contēto
in quatuor
lio. primis
huius textus
infra in Ref.
170. & 171.
& in tom. 1.
tr. 2. Ref. 9. §.
Nam. ad me-
dium.
Sup. hac dif-
fic. in Refol.
1. not. præ-
terita. §. vlt.
& in Ref. 2.
ad mediū, &
infra in Ref.
169. §. 2. ad
lin. 7. &c.

§. 1. **E**Xtra casum necessitatis, esse mortale faten-
tur omnes, Nugnus tom. 1. in 3. p. 9. 83. art. 3.
dub. vlt. in fin. Bonacina de sacram. disput. 4. quest. vlt.
punct. 9. n. 27. Valquez tom. 3. in 3. part. dist. 2. 33. cap. 3.
n. 3. 8. & alij, ex cap. vestimenta, de consecr. dist. 1. Diffi-
cultas consistit in casu necessitatis, ut quando Sacer-
dos in die alicuius festi esset in loco, vbi non inue-
nietur aliquod indumentum ex supradictis, vel in
alio casu grauis necessitatis. Hieronym. Llamas p. 3.
cap. 5. §. 16. putat in tali casu Sacerdotem semel, vel
bis posse celebrare, sine aliquo indumento non ben-
edicto. Ioan. de la Cruz in direct. conf. part. 2. de sa-
crif. Missæ. q. 3. dub. 4. concl. 2. Petrus Ledesma in sum-
tom. 1. de Sacram. Eucharist. cap. 21. con. l. 3. dub. 3. Sua-
rez in 3. part. tom. 3. disput. 83. sect. 3. dub. 1. in fin. Co-
ninch vbi infra, & Filiucius tom. 1. tr. 5. cap. 5. n. 149.
putant in casu necessitatis, posse Sacerdotem cele-
brare sine aliquo indumento, ex dictis.

2. Nota verò circa præsentem quæstionem de
vestibus sacris, quantum atinet ad materiam, ami-
ctum, & albam debere esse lineam, cæteras verò ex
quacumque alia materia. Nec multum refert, cuius
ea sit coloris, etsi in Missali pro certis temporibus,
certi colores designentur: nam talis ordinatio præ-
cepta non est, sed directiua. Ita Homobonus de
exam. Eccles. part. 1. tract. 4. cap. 15. quest. 144. & alij.

3. Nota etiam secundò, stolam posse deferuire
pro manipulo, & manipulum pro stola, quia talia
indumenta non habent figuram determinatam. Ita
Villalobos in sum. p. 1. tr. 8. dub. 28. n. 3. & alij.

4. Nota tertio, si cingulum perfringatur, & vtra-
que pars sufficiat ad cingendum, vtraque est bene-
dicta, & potest deferuire celebrationi Missæ. Adde
plus, quod si cingulum ita frangatur, ut neutra pars
sufficiat ad cingendum, potest cingulum sic fractum
necti. Ita Coninch de Sacram. quest. 83. art. 3. dub. 3.
num. 250. Emanuel Sà ver. Missæ. n. 12. & Ioan. de la
Cruz vbi supra.

5. Nota quarto, casulam, manipulum, & stolam
seruire ab vtraque parte posse, etiamsi vnica tantum
consecratione ab Episcopo sacraata essent, ut si ge-
mino colore afficeretur ad varios dies festos. Item
supradictæ vestes tunc consecrationis formam amit-
tunt, cum ita scinduntur, ut aptæ amplius non sint
ad eos vsus, ad quos sacrantur, alioquin formam
consecrationis retinent, etiamsi aliqua pars, que
sacraata non est, vnà cum filo profano assuatur. Ita
Azorius part. 1. lib. 10. cap. 28. quest. 9. & 10. & Bar-
tholomæus ab Angelo in exam. confess. dial. 5. §. 275.

RESOL. CLXVIII.

*Vtrum cingulum perdat benedictionem, si ita frangatur,
ut neutra pars sufficiat ad cingendum Sacerdotem,
licet aliquo modo vniat partes separatas?* Ex part. 2.
tr. 15. & Misc. 1. Ref. 4.

Sup. contēto
in hac Ref.
in §. Nota
tertiò refol.
præterita, &
in duabus
Ref. seqq. &
infin. in Ref.
184. §. Nota
etiam, mutas
in hoc §.

§. 1. **I**N simili casu cingulum benedictionem amit-
tere putat ex Paludano Franc. Pitigianus in 4.
sem. tom. 1. dist. 3. q. 2. art. 4. & hanc sententiam vide-
tur etiam docere Bonacina de sacram. disp. 4. quest. vltim.
punct. 9. n. 26. & Valerius Reginaldus in praxi tom. 2.
lib. 29. cap. 6. sect. 3. n. 160.

2. Sed ego contrariam sententiam puto esse pro-
babiliorē, quam tueretur noster P. Molfes. in sum-
tom. 1. tract. 3. cap. 12. num. 33. & præter Suarez, &

Scorziam, quos ipse citat; tenet etiam hanc opinio-
nem ex neotericis, Coninch de sacram. q. 83. art. 3. con-
dub. 3. num. 251. vbi sic asserit: si cingulum ita fran-
gatur, ut neutra pars sufficiat ad cingendum Sacer-
dotem, amittere benedictionem. Secus si longior
pars adhuc sufficeret ad cingendum: aliqui tamen
putant, etiam in prima fractione licere partibus si-
mul nexis vti. Ita Emanuel Sà ver. Missæ, num. 12.
Hæc Ægidius.

RESOL. CLXIX.

*An si cingulum sit fractum, possit Sacerdos partes sepa-
ratas connectere, & ita celebrare?
Ex quo inferitur, quod Alba amittit benedictionem, si
paratis manibus.
Et an Sacerdos peccet mortaliter celebrans sine neces-
sitate cum cingulo non benedicto, aut fracto, cum
stola vel manipulo, aut cum istis non benedictis?* Ex
p. 5. tr. 13. & Misc. 1. Ref. 92.

§. 1. **N**egatiuam sententiam contra me nouissimè
docet Ioan. de Lugo de sac. Eucharist. disp. 20. q. 2. dub.
4. n. 100. vbi sic ait: Petes quando cingulum rumpi-
tur, ita ut neutra pars sufficiat, an vtraque rumpi
connexa possit absque noua benedictione vsurari. Respon-
dit Affirmat Diana. Communis tamen sententia id ne-
gat, & merito, quia sicut Alba amittit benedictionem
nem separatis manibus, quia singule partes separata
non sufficiunt, idem dicendum videtur de cingulo.
Ita ille, cui adde Tannerum tom. 4. disp. 5. q. 10. dub. 3.
num. 3. & Hurtad. disp. 4. de sacrif. Missæ, diffin. 11.

2. Sed nostram sententiam præter Doctores à me
vbi supra citatos, inuenio nouissimè docere Cælesti-
num in compend. Theolog. moral. tract. 8. cap. 5. quest. 2.
vbi ita asserit. Quæres, an Sacerdos peccet mortali-
ter celebrans sine necessitate cum cingulo non bene-
dicto, aut fracto? Respondeo, quod non, quod idem
dico de celebrante Missam in casu necessitatis sine
stola, manipulo, vel cingulo, vel cum illis vesti-
bus non benedictis, non autem extra necessitatem,
nisi quod cingulum, ut dictum est, quod quidem cingulum
etiam inferuire potest, licet sit ita fractum, ut
neutra pars sufficere per se possit, & necesse sit par-
tes simul connecti. Hæc Cælestinus. Idem docet
etiam Iacobus Marchantius in candelab. sacram. in
questionum Pastor. c. 4. de celebr. Missæ. q. 2. vbi testatur
de praxi, passim enim asserit, videmus, licet cingulum
frangatur, solere vtramque partem connecti sine illa
benedictione. Et tandem nouissimè nostram senten-
tiam, me citato, tanquam probabilem admittit Fran-
ciscus de Nigro in add. ad Ruiz p. 1. præsup. 4. n. 41.
quest. 28. qui etiam testatur de praxi. Vnde puto
vtramque sententiam probabilem esse.

RESOL. CLXX.

*An Sacerdos possit celebrare sine cingulo benedicto,
cum eo, & toto fracto & abrupto?
Et an sit peccatum mortale celebrare sine Missali be-
nedicto ex eo, quod in Pontificali reperitur benedi-
ctio pro Missalibus?* Ex p. 2. tr. 14. Ref. 68.

§. 1. **M**ortaliter peccare sic celebrantem, putat
Villalobos in sum. part. 1. tract. 5. cap. 5. num. 148. Val-
quez in 3. part. tom. 3. disput. 133. cap. 4. num. 3. Mol-
fesus in sum. part. 1. tract. 1. cap. 12. num. 31. Ioan.
de la Cruz in direct. conf. part. 2. de sacrif. Missæ.
quest.

pro parte
art. 3. concl. 3. Suarez in 3. part. tom. 3. disp. 82. sect. 3.
§. 2. cum Nauar. in Manual. cap. 25. n. 84. qui asserit,
contrariam opinionem non esse tutam, atque idem in
Missali Romano inuenitur benedictio cinguli, ac benedictio
pro aliis sacerdotibus indumentis, quam
vniuersalis Ecclesie consuevit obseruare. Et quod
dicitur de aliis indumentis, dicendum etiam videtur
de cingulo, est enim eadem ratio.

2. Sed contraria sententia probabilis etiam apparet, idem Sacerdos, qui sine necessitate celebraret cum
cingulo non benedicto, peccaret tantum venialiter,
vel cum eo, & toto fracto, & abrupto, & hoc ratio
ne paruitatis materiae. Ita docuit Henriquez lib. 9. de
Missis, cap. 29. n. 5. in gloss. lit. A. & B. Paludanus in 4.
dist. 13. q. 2. art. 5. Richard. ibid. q. 4. art. 3. Sotus ibid.
dist. 13. q. 2. & doctissimus Syluester ver. Missis, n. 2.
Sa ver. Missis, n. 10. & Fagundez tract. 1. lib. 3. cap. 23.
num. 13. est enim, vt diximus, materia leuis, & indumentum
minus in se considerabile, quam quodecumque
aliud; imò indumentum non est, sed indumentorum
ligatura.

3. Ad argumentum verò de benedictione posita
in Pontificali, respondeo, quod ibi reperitur etiam
benedictiones pro Missalibus, & pro libris Ecclesiasticis,
& tamen non est peccatum lethale, celebrare
sine Missali benedicto.

4. Nota tamen quod celebrare cum cingulo non
benedicto, ex causa iusta, non erit neque peccatum
veniale, iusta verò causa erit necessitas audiendi, vel
celebrandi Missam ex praecepto alicuius festiuitatis
feruor magnae deuotionis, necessitas superandi tentationes
aliquas, et si Sacerdotes pauperes habeant
dilectum pro celebrando sacro.

RESOL. CLXXI.

An in praecepto celebrandi cum vestibus sacris detur
paruitas materiae? Ex p. 5. tr. 5. Ref. 62.

§. 1. Negatiue respondet Filliucius tom. 1. tract. 5.
cap. 5. n. 149. vbi sic ait: Quæro an liceat in
aliquo casu sacrificare sine vestibus? Respondeo, &
dico primò sine omnibus in nullo casu licet, etiam
ob periculum mortis, si saltem adiungatur contemp-
tus fidei, esset enim magna irreuerentia, & scandalum
in necessitate sine vna, vel altera, præsertim ex
minoribus, vt stola, vel cingulo, non esset mortale.
Dico secundò ex materiae leuitate vix potest excusari
à mortali, quia quælibet earum vestium est sufficiens
ad peccatum mortale, si voluntariè omittatur. Ita
Filliucius. Sed ego probabiliter puto ratione parui-
tatis materiae non peccare mortaliter Sacerdotem ce-
lebrantem cum cingulo benedicto, vel aliquo alio
vice cinguli fungente. Vide Doctores penes me ipsum
in 2. part. tr. 14. ref. 68. & hanc sententiam me cita-
to probabiliter putar nouissimè Franciscus de Nigro
in addit. ad Ruiz p. 1. pref. 4. num. 42. q. 28.

RESOL. CLXXII.

An Mappa, seu Tobalee sint benedicenda?
Et de earum numero etiam agitur.
Et an in necessitate possit Sacerdos vti lineis prophanis,
eaque postea reddere domino ad pristinum usum pro-
phanum applicanda.
Et an in casu necessitatis possit tantum vna Mappa
præter Corporale in Sacrificio Missæ adhiberi.
Et an extra casum necessitatis sit peccatum mortale
Tom. II.

celebrare cum vna tantum Mappa, & Corporali?
Et difficultas est in supradictis casibus gradus necessi-
tatis assignare: sed pro praxi in texu huius Reso-
lutionis aliqui gradus assignantur.
Et tandem docetur Regulas Missalis esse præceptiuas,
quæ tangunt aliquam legem Canonice in corpore
iuris contentam, vt de seruando ieiunio, de Ara con-
secrata, &c. eas verò Rubricas dicit directiuas, quæ
nec in toto iure Canonico continentur, nec in Rubri-
cis ponuntur cum verbis impertantibus præceptum,
qualia sunt, mandamus, præcipimus, & similia. Ex
p. 10. tr. 11. & Misc. 1. Ref. 5.

§. 1. Negatiuam sententiam docet Amicus in cur-
su Theol. tom. 7. disp. 33. sect. 2. n. 362. vbi sic
ait: Requiritur subius corporale ad minimum duæ
pallæ lineæ, vel vna duplicata, tametsi decentius est,
vt sint tres, vt Missalis Rubrica præscribit, quarum
saltem vna debet totam superiorem Altaris superfi-
ciem tegere. Hæ pallæ non necessariò debent esse benedictæ:
quin addunt Syluester verb. benedictio, q. 5.
& Emanuel Sa verb. Missa, n. 7. in necessitate posse sacerdotem
vti lineis prophanis, eaque postea reddere domino ad
pristinum usum profanum applicanda. Quod fieri non potest,
si sint benedictæ. Ita ille, cui adde Lessium in 3. p. q. 83. art. 2. n. 87. Fagundez præ-
cept. 1. lib. 3. cap. 22. n. 16. Suarez in 3. p. tom. 3. disp. 81.
sect. 6. Reginaldum tom. 2. lib. 29. cap. 9. sect. 7. n. 194.
Perficium de officio Sacerdot. lib. 5. c. 8. dub. 8. n. 64. Zanar-
dum in direct. Theol. part. 1. de Sacram. Eucharist. c. 14.
Petrum Fuliensem in idea Theol. Sacram. c. 26. ref. 2.
Ludouicum à S. Iuan in sum. de Eucharist. q. 11. art. 13.
dub. 1. concl. 3. Moure in Medulla casconscriptæ, p. 3.
c. 5. §. 1. n. 9. Ledesnam in sum. tom. 1. c. 20. de Euchar.
concl. 6. Filliucium tom. 1. tr. 5. c. 4. n. 129. Villalobos in
summ. tom. 1. tract. 8. diff. 26. n. 1. Bonacinam tom. 1.
disp. 4. q. 2. punct. 9. n. 34. Trullench de Sacram. lib. 3.
cap. 8. dub. 16. n. 8. Bassæum in Florib. Theol. morib. verb.
Missis, n. 4. Layman lib. 5. tr. 5. cap. 6. art. 11. in fine.
Adamum Tannerum tom. 4. disp. 5. q. 10. dub. 3. n. 48.
Vviggers in 3. p. q. 83. dub. 15. n. 74. Vasquez in 3. p.
tom. 3. disp. 23. cap. 3. n. 23. Caltrum Paluum tom. 4.
tract. 22. punct. 6. n. 1. Azorium tom. 1. lib. 10. c. 38. q. 8.
in fin. & alios.

2. Sed his non obstantibus affirmatiuam sententiam
alij tenent, nempe Mappas Altaris debere esse benedictas:
& ita docent Gauantus in Rubrica Missalis part. 1. tit. 20. littera S. Cardinalis Lugo de Sa-
crament. Eucharist. disp. 20. sect. 4. num. 76. Leandrus
de Sacrament. tom. 2. tract. 8. disp. 7. quæst. 11. Caspen-
sis in cursu Theolog. tom. 2. tract. 23. cap. 3. sect. 4. n. 78.
quibus adde sapientissimum Patrem Ioannem Dica-
fillum de Sacrament. tom. 1. tr. 5. disp. 4. dub. 9. n. 54.
qui acriter hanc sententiam sustinet, & obseruat plu-
res DD. pro negatiua sententia adductos scripsisse
ante Missalis reformationem Clementis VIII. &
alios, qui post ipsos scripserunt minus caute loquutos
fuisse: Quod aperte probatur: nam in dicto Missali,
§. 20. de præparatione Altaris, sic habetur: Hoc
Altare operiatur tribus Mappis, seu Tobaleis mundis
ab Episcopo, vel alio habente potestatem benedictis;
superiori saltem oblonga, quæ vsque ad tertiam
pertingat, duabus aliis breuioribus, aut vna dupli-
cata. Sic ibi. Et rursus in cap. 10. de defectibus in
celebratione Missæ occurrentibus, paribus verbis
ponitur defectus, si vestes sacerdotales, & Mappæ
non sint benedictæ: ergo sicut necessariò, vt docet
Marchinus de sacram. Ordin. tract. 3. p. 3. cap. 14. n. 1.
& alij communiter, vestes sacerdotales sunt benedi-
cendæ: ita & Mappæ Altaris. Vnde propria benedi-
ctio earum apponitur in sine Missalis.

